

alia vicia instigant; v. g. Asmodeus homines ad libidinem inflammat.

36. M. Celada.

Alii, inter quos est M. Celada citat. ex communi doctrina Theologorum in tract. de Angelis, quod ex suprema hierarchia, aut raro aut numquam mittuntur Angeli; et si id adstruatur de Cherubinis, & Seraphinis duntaxat; satis verò similis ratio redditur, cur septem Angeli adstantes sunt in conspectu Dei; cum enim teste Clemente Alexandrino citato sint Principes, intelligitur, quod sint principes in septem reliquis ordinibus celestibus, & quilibet est primus, & antesignanus suo ordine.

37. Alia, propria ratio assignatur.

Res est satis difficilis; & nihil certò potest in ea statuere humana infirmitas; quis enim potest scire consilium Dei? Ex eo possumus formare aliquam conjecturam; septem sunt dona Spiritus Sancti, quibus ipse Divinus spiritus regit, gubernat, & implet suam Ecclesiam; & idè ad eam firmandam, & stabilendam septem instituit Sacramenta; ad ministerium ergo septem donorum septem destinavit ministros, Principes, ac Duces militiæ celestis, per quos suprema, & alta disponit, & quamvis Deo assistant millia millium, & centena millia; altissima potentia est, multos habere ministros, paucis tamen magna, & suprema committere: deinde septem sunt ætates mundi, pro quibus omnibus Deus habuit altissimam providentiam, cum summa dispositione, ac gubernatione, pro quibus omnibus Deus providit in orbe suos ministros, & DD. & Prædicatores: inde etiam pro his omnibus septem ætatibus voluit providere. In cælo septem Principes, & ministros qui simul pro omnibus ministrarent. Tandem septenarius numerus omnem perfectionem indicat: & inde dicuntur septem candelabra: septem Ecclesiæ, septem stellæ, septem oculi missi in omnem terram: & idè principales ministros celestis curiæ, in septenario numero constituit, ut pote valdè perfectò: de his Angelis, eorundemque nominibus, vide quæ dixi c. 1. q. 16.

QUESTIO IV.

Quare septem Angelis adstantibus in conspectu Dei dantur septem tubæ?

28. Deus ex se benefacit, punie per ministros.

Mira res! divinum consilium: nam Deus solus condidit totum mundum: nunc verò ad puniendum, septem Angelos, ac ministros adhibet: nam Deus benefacit ex se, & ex propensione suæ bonitatis: punit verò invitus, à nostris iniquitatibus provocatus, inde ad talem effectum ministros, ac executores adhibet, ut tale negotium rigidè exequantur.

39.

Ad nostram quæstionem jam resolutum est, hos Angelos esse bonos, principes, ac duces aulæ celestis, quibus cura Ecclesiæ, ac hominum demandata est à Deo, & ut bene volunt. Ticon. Primasius. Beda. Richard. S. Thom. A. b. Magn. D. Anselm. D. Bernard. D. Ambros.

tus Christum, & Apostolos: Quintus fidei defensores; Sextus Martyres; Septimus Henoch, aliosque prædicatores in fine mundi.

Sed dicimus per hos Angelos significari Prædicatores, per quos prædicatum est, & prædicandum est Evangelium successive, usque ad finem mundi per septem ætates; cujus Prædicationis occasione, cum eam non recipient impii, eventura sunt ea quæ his septem tubis enuntiantur. Proindeque hi septem Angeli non stant hic pro se, nisi quatenus præpositi sunt Prædicationi Evangelicæ, & juvant, ac dirigunt Prædicatores, in dicta Prædicatione. Unde completè stant pro ipsismet Prædicatoribus à se directis, & dirigendis atque adjuvandis iis Prædicatione Evangelicæ; cujus Prædicationis occasione, demonstrantur mala, quæ sunt eventura. Tuba autem symbolum est Prædicationis. Isai. 58. num. 1. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Et Sanctus Leo serm. 7. de natione. Quoniam, ait, sine legis reificatione, sive oraculis Prophetarum sive Evangelicæ tubæ. Ecce quid hic sint tubæ, voces nempe Prædicatorum, ut enim datæ sunt tales tubæ Prædicatoribus, doctrina Evangelicæ insonuit in mundo, & hæc quidem debuit esse mundo salus, & ex parte in multis fuit; mundo quoque ei malè respondenti, fuit ruina; ita adimpletum est illud quod Simeon dixit de Christo: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum: Luc. 2. num. 34. Richard. Victorin. Dantur illi, ait, septem tubæ, quia attribuitur eis universale officium Prædicationis divine, ut canant ad electorum munitionem, & reprobatorum ejunctionem: & ideo hujusmodi septem tubæ alludunt ad illas septem, per quas muri Jericho corruerunt, per quos filii Israël ingressi sunt in civitatem, & ab illa Idololatræ ejecti, Josue 6. num. 4.

Pro ipsis Prædicatoribus, ex text. multæ circumstantiæ sunt ponderandæ. Et primò dicitur: Factum est silentium in cælo, quasi media hora. Et deinde dicitur, quod Angelis datæ sunt tubæ; prius enim Prædicator debet silere, & in cælum per contemplationem, meditationem, ac sanctam doctrinam erigi, ut ita possit accipere tubas Prædicationis, & devenire ad canendum aliis. Ordo enim valdè inversus est, ut quis auspiceretur suam Prædicationem ab ipsamet Prædicatione, & prius non tacuerit, & in silentio didicerit.

Secundò, Silentium factum est in cælo, quasi media hora. Non dicitur, per totam horam: Hora totum, & integrum tempus significat. 1. Joan. 2. num. 18. Filii novissima hora est, tantum tempus Prædicator debet dare silentio, & contemplationi quantum locutioni; & ex æquo dividenda hora vitæ, ut primam partem habeat divinus conspectus, & contemplatio: Stantes coram Deo; Secundam verò proximi cultus, per Prædicationem, & ædificationem.

Tertiò, Septem Angelos, per quos Prædicatores, ac Sacerdotes denotantur, Ansberr. Sacerdotes, ait, quia spirituales hostias immolant; Angeli debent esse munera quoque annuntiant; quod utrumque Malach. c. 2. n. 7. breviter insinuat, dicens: Labia Sacerdotum custodiam scientiam, & legem inquirunt de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est in Prædicatione, designatur energia, atque constantia; non enim

43. Ansberr. Malach. 2. Sacerdotes debent esse Angeli moribus. 44. Constantia in Prædicatione necessaria.

enim debemus, esse in conspectu Dei animo supino, & dormient; otium, & quies contemplationis non debet esse desidiola, sed constans, atque nervosa, maximè hoc debet videri in Prædicatore, ut constans, & firmus sit in verbo ad arguenda, & increpanda vitia.

45. Concionator non prædicet, nisi missus.

Alb. Magn.

Rom. 10.

Hebr. 5.

46. Quisque do. no sibi dato à Deo, sit contentus.

Quintò, data sunt illis septem tubæ; cum omne datum optimum desorsum sit, descendens à Patre luminum, nullus debet honorem, munus prædicandi sibi assumere, nec illud postulare & inquirere, sed ab eo qui potestatem habet, accipere; Albertus Magn. Da a sunt illis tubæ, id est, officium prædicandi; hæc dicitur data, quia nemo debet prædicare, nisi missus. Rom. 10. n. 15. Quomodo prædicabunt nisi mittantur, & in eam ait idem Apostolus. Hebr. 5. n. 4. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron & quia voluerunt illud assumere Datan, & Abiron, ideo perierunt.

Sextò, data sunt illis septem tubæ; non omnes tubæ dantur uni Angelo, sed quilibet suam accipit turbam, & ita dicitur; primus Angelus tuba cecinit, non dicitur, tubis, sed tuba quia quilibet Prædicator contentus sit suo talento, & infert suam turbam non alienam; & datam alteri, sibi non acquirit; est unicuique suum à Deo donum, quo sit contentus, nec ex eo, quod non habet excellentiam, quam alter habet, inde minus Deo gratus sit; & valdè fideliter suam adimpleat munus; omnes septem Angeli æquè stant in conspectu Dei.

47.

D. Thom.

Prædicator magnis, & parvis annuntiet Dei verbum.

48. S. Hildeg.

Septem vitia evellenda à Prædicatore.

49. Prædicator agat prout tempus postulat.

50.

Septimò data sunt eis septem tubæ, per quas Prædicatoris vox denotatur; quia tuba angusta est ori, lata verò à parte exteriori; sic & Prædicator magis sibi, quàm aliis terreat rigorem & austeritatem vitæ; Deinde quia, ut ait D. Thom. Septem tubæ dicuntur, scilicet, ut prædicent omnibus, divitibus, pauperibus; magnis, & parvis: bonis, & malis; fidelibus, & incredulis. Ideo ergo Angeli, septem tubas habere dicuntur, quia non solum doctis, & eruditis, divitibus, & opulentis, nobilibus, & principibus, verum Dei nuntiare Prædicatores debent; sed etiam pauperibus & idiotis, & quilibet vili homuncioni, velut vox turbæ, quæ ad omnium aures defertur.

Octavò, sancta Hildegradis alta, & divina scientia erudita, ut de ea scribit Taalerus lib. de variciniis in Epistola sua ad Abbatissam S. Gloudestindis. Per has septem tubas, intelligit septem vitia, quæ evellenda sunt à Prædicatore. Primum est, ait vana gloria, secundum delectationis amplificationem: Tertium vivere, quasi Deo mortuum: Quartum de peccatis se excusare: Quintum superbia: Sextum querere solatium à creatura, & non à Deo: Septimum idololatria servitus, quæ diabolum adorat. Quod maximè confirmatur, quia hæc septem tubæ Angelorum alludunt ad septem tubas, per quas mœnia Jericho sunt destructa, Josue 6. n. 4.

Nonò, & ultimò notandum, quod nullus ex istis Angelis canit, nisi suo loco, suo tempore, & proportionatè ad occasionem præsentem; ita concionator suo loco, suo tempore, & proportionatè loquatur ad populum, & sic obtinebunt optatum effectum, aliàs minime.

Post sanatum claudum illum ad portam speciosam templi, cum populus esset in magnam admirationem raptus, largum sermonem habuit ad eos Petrus, cum multa reverentia.

benignitate dicens: Nunc fratres scio, quod per ignorantiam fecistis; Scilicet mortem Domini, Actor. 3. num. 17. Aliter verò Stephanus valdè rigidè, ac rigorosè ad populum loquitur: Dura Actor 3. cervice, & incurvatis cordibus, & acribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut Patres vestri, ita & vos. Actor. 7. num. 51. Unde viri Actor 7. Apostolici, pleni Spiritu sancto, tam diversimode loquuntur unus eximia affabilitate, alius miro rigore; si ab eodem divino Spiritu movebantur, cur tam diversimodè se habent? Petrus, Lyranus, & Glossa interlinealis: Fratres, dulciter eos alloquitur, ut verbum ejus magis recipiant. Videbat eos propensos, ac inclinatos ad fidem, & ita cum amore, ac benevolentia ordinat suum sermonem, ut eos magis alliciat; & ita congrit: Multi eorum qui audierant verbum crediderunt: & factus est numerus virorum quinque millia. Actor. 4. num. 4. At Stephanus, Actor 4. ut inquit Oecumen. videbat illos non advertere qua dicebantur: sed magis obfirmatos esse in sua pertinacia; & ideo rigidè in eos invehitur, ut asperitate verborum, eorum nequitiam magis conterat, & comminuat; ecce idem Spiritus Apostolicus, tam diversis verbis utitur, prout est diversa dispositio auditorum; vide quæ dixi tom. 2. in Evangel. cap. 5. q. 42. n. 279. & cap. 10. q. 3. n. 18. 19. & 20.

Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum; & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare autem quod est ante thronum Dei.

4. Oecumen.

Apoc. 8. n. 3. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum; & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare autem quod est ante thronum Dei.

VERSIONES.

Syrus. Stetit super altare, & habet thuribulum aureum, & dati sunt ei sufficit.

Arabicus. Et datum est ei incensum, & aroma multum quæ sunt orationes sanctorum super altare illud, quod est è regione throni.

Paginus. Et data sunt illi suffimenta multa.

Arias. Stetit ad altare, &c. ut daret de orationibus sanctorum.

Vatablus. Ut daret de deprecationibus sanctorum.

Primasius. Stetit super altarium Dei, & data sunt ei supplicamenta multa, ut daret orationes Sanctorum omnium ad aram Dei auream.

EXPOSITIO III.

51.



Offert Angelus orationes ad placandam iram.

Aretas, Blesens.

Alius Angelus, verus, inquam, Angelus, & distinctus a septem, qui tubis canunt, & plagas immittunt; unus tamen ex primoribus, videns tot plagas, ac calamitates inferendas ab Angelis tuba canentibus, obtulit Deo orationes sanctorum, ut tales plagas averteret, vel saltem minueret. Stetit ante altare; scilicet caeleste, & thymiamatis; alludit ad illud, quod erat in sancta sanctorum, & simile ostensum est Joanni in caelo. Habens thuribulum aureum. Juxta nostrum corporeum modum concipiendi, spiritalia hic proponuntur; quod scilicet Angelus tanquam in thuribulo aureo, quasi incensum Deo gratissimum, offerat nostras orationes, & data sunt ei incensa multa. Ab ipsis nempe sanctis; vel ab eorum Angelis custodibus; quae autem sint haec incensa, statim explicat, de orationibus sanctorum. Nam Angeli patroni, & advocati sanctorum clientium orationes offerunt Deo. Incensa autem hic oblata Deo, Aretas, & Blesensis sermone 47. non solum intelligunt orationes, sed etiam bona, & sancta opera; quae Angeli offerunt Deo. Super altare aureum Thymiamatis nempe; id est; per, & propter merita Christi, in quo super omnia complacuit Deo; de his etiam dicam ad litem quaest. 6.

QUAESTIO V.

Quisnam sit iste Angelus, stans ante altare cum thuribulo aureo?

52. Aureolus.

Primo, Aureolus existimat, hunc Angelum esse Sanct. Damasum Papam, sub quo valde crevit, & floruit Ecclesia, & instituit, ut in fine cujuslibet Psalmi diceretur: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto; & ideo dicuntur, ei data incensa multa, ante Deum: cum in illo tempore floruerint gravissimi Doctores Ecclesiae D. Hieron. D. Ambros. D. Naz. D. August. inde dicuntur factae voces, & onitrua. Haec tamen multum sunt aliena ab intentione libri Apocalypsi.

53. Ribeira.

Secundo, Ribeira tenet, hunc Angelum esse Gabrielem, sicut & alii dicunt esse Michaelen; sed probabilius Gabrielem, & Michaelen esse ex septem illis, quibus superius datae sunt tubae, cum de illis dicatur, esse ante thronum Dei.

54. Alcazar.

Tertio, Alcazar affirmat, esse charitatem Christianorum primitivae Ecclesiae; charitati enim hic per prophopetiam dati nomen, & personam Angeli, illa enim tales Christianos primos impulit, ut pro Judaeis persecutoribus ardentes preces funderent quibus ab eis supplicia Dei, quae eis impendere cernebant, averterent; sed excidium Hierosolymitanum jam praecesserat, hic autem liber est Propheticus.

55. Richard. Ansbert. Rupert.

Quarto, Richardus Victorin. Ansbertus, Rupertus, Joachimus, Albertus Magn. D. Thomas, Viegas, Gagnæus aptè hunc locum Christo

Domino accommodant. Quia Christus testamenti Angelus est, ut de eo dixit Malachias 3. & benedicitur, alius Angelus; quia Christus Dominus superior omnibus aliis est, ut ait Richar. & iste Angelus ante altare stetit, quando, ut ait Rupertus, facturus voluntatem Patris, promprum ad immolandum in cruce se exhibuit; vel stetit, ut ait Haymo, tanquam advocatus noster apud Patrem, ut de eo ait Joan. Epist. 1. cap. 2. Ante altare, ut inquit Rupertus, Joachimus; Altare crux est, in quo se Deo Patri pro delictorum nostrorum expiatione victimam obtulit: Habens thuribulum aureum, SS. in manu sua, ut ait Joachimus, quia liberè ac spontè se obtulit in sacrificiū, oblati est, quia ipse voluit. Thuribulum aureum, corpus SS. ipsius, Divinitatis fulgore aureum quod bene thuribulum dicitur, ob odorem suavitatis, quem odoratus est in eo Pater; vel quia thuribulum duas habet partes, ut ait D. Bern. partem superiorem quae designat amorem Dei, & partem inferiorem, quae designat amorem proximi; pars superior habet multa foramina, quae signant contemplationes cordis in Deum; ita ille: vel aureum dicitur, quia, ut ait Albertus Magnus, ob charitatem passus est; vel Haymo, ob puritatem, quae maxime resplendit. Et data sunt illi incensa multa; quae autem sunt ista incensa, locus sequens declarat, scilicet orationes sanctorum; super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Orationes enim sanctorum, ut advertit Haymo, nisi in illo thuribulo reponantur, id est, nisi in Christo fundentur, & super altare aureum, id est, pretiosissimum Dominicae crucis Sacramentū Deo Patri offerantur, ingratae sunt, & non odoriferae, unde Ecclesia fundens preces, semper concludit: per Christum Dominum nostrum. Et de igne thuribuli misit in terram, cum in die Pentecostes misit Spiritum sanctum, & eo Apostolos, ac Ecclesiam inflammavit; misso autem hoc igne in terram, secuta sunt voces, quibus Apostoli dixerunt magna gloria Dei; secuta sunt onitrua Praedicationis, fulgura miraculorum.

Joachim, Alb. Magn. D. Thom. Viegas. Gagn. Rupert. Haymo. Christus noster advocatus. r. Joan. 2. Joachim.

D. Bernard.

Albert. Mag.

Nostra orationes ex merito Christi habent valorem.

56. Impugnatur praedicta sententia.

Tob.

57.

Ribeira, Corneli. La Haye, Ferrarius.

Tamen

58. Iste Angelus typicè unus personarum multorum agens.

59. Adorantes Angeli convolant.

Psal. 67.

Græcus.

D. Bern.

60.

Genes. 31. Genes. 32.

Orans ad arabit omnes Angeli. Genes. 3.

Genes. 19.

Tamen valde verisimile nobis est, quod iste Angelus hic, licet sit unus; typicè tamen est multiplex. Nam offerre orationes omnium sanctorum, & fortè multorum temporum non unus Angeli est, sed plurimorum. Raphaël obtulit orationem Tobiae 12. Michael orationes Antiquorum Patrum; Gabriël orationem Zachariae, ut probabile creditur, Angeli custodes suorum clientum; ergo iste Angelus, typicè stat loco multorum Angelorum, qui nostras orationes Deo offerunt; Hoc autem typo, & hac imaginaria visione instruimur, quam supremo consilio, omnia fiunt in illo divino obitorio; factum est silentium in caelo promagnatum rerum dispositione; tunc dantur tubae septem Angelis; ad illarum sonum hæc, & illa magna declarantur; sed antequam deveniatur ad hoc, ab uno Angelorum orationes omnium Sanctorum ostendantur oblatae Deo, & perpenso illarum orationum negotio; demisso in terram fructu illarum, consultè deveniatur ad plagas; nec sequitur inde, orationes sanctorum non exaudiri, ut explicabo quaestione sequenti.

Merito sanè hic introducitur Angelus, tanquam in thuribulo aureo offerens orationes sanctorum; nam Angeli sancti, maximè advocant, & se conjungunt orantibus; decantat Regius Vates Psalm. 67. n. 26. Prævenimus Principes conjuncti psallentibus, in medio juvenularum tympanistrarum. Quinam sunt ipsi Principes, qui præ gaudio, ac lætitia, prævenientes conjunguntur psallentibus; seu ut habet Græcus, cantoribus: Isti Principes sunt Angeli; quia ubi est chorus canentium, & psallentium in laudem Dei, statim ei conjunguntur, ac associantur. Divus Bernardus Epistol. 78. O si quis, ait, haberet oculos apertos, quos orando propheta puero revelavit; videret procul dubio, quem admodum præveniant Principes conjuncti psallentibus; videret, inquam, quæ cura, quove tripudio intersunt Angeli cantantibus, de sunt orantibus, insunt meditantibus, Orationes habent Angelorum illicem; & qui in orationibus est, chorus Angelicos ad se trahit, Angelosque sibi arctissime adjungit socios.

Cum Jacob iter faceret de Mesopotamia in terram Chanaan ad Patrem suum Isaac, in monte Galaad foedus amicitiae pepigit, cum socero suo Laban: Invocatoque Abraham, Immolatisque villis in mote, vocavit fratres suos, ut ederent panem. Genes. 31. num. 54. Inito foedere, statim statim facer Text. Genes. 32. num. 1. Jacob autem abiit itinere, quod exierat, fueratque ei obviam Angeli Dei, quos cum vidisset, ait, castra Dei sunt hæc. Res sanè mira; nunc castra Dei occurrunt Jacob, ad custodiendum paradysum unus constituitur Angelus. Genes. 3. num. 24. Duo veniunt ad Lothū, ut à Sodomitico igne liberaretur Genes. 19. num. 1. Tres apud tugurium Abrahami hospitantur; ad Jacob autem, non duo, non tres, nec pauci, sed innumerabiles se offundunt Angeli; & ingentes exercitus faciunt, ut dicantur Castra Dei. Cur ergo, qui tam pauci ad alios veniebant, in tanta multitudine, nunc Jacob apparent? Immo laverat Jacob victimas cum socero suo Laban, ibique Deum invocavit, ut notat Divus Chryllostomus, Abulensis, & alii, indeque oratio sic Angelos ad se traxit, ut adstantem Jacob, non duo, vel tres

Angeli venirent, sed exercitus Angelorum ad eum convolarint; sic oratio Angelos allicit, ut ad se omnes advocet. Ad hoc tendit Egesippus lib. 5. cap. 16. Jacob sanctus, ait, Esau fratre paritidum minuit ante, patriam reliquit, parentes deseruit; solus secum orationis ferens viaticum cum fratre metueret insidias, atque auxilium egeret, invenit Angelorum Concilium perducitur ad castra Dei.

Egesippus.

Cum Rex Assyriorum Sennacherib confusus in potentia exercitus, superbum nuntium misisset ad Regem Ezechiam, ut ei traderet civitatem, ait sacer Text. Factum est igitur necesse illa, venit Angelus Domini, & percussit in Castris Assyriorum centum octoginta quinque millia: 4. Reg. 19. num. 35. Si exercitus impii Regis puniendus erat, cur manu Angeli, & non potius immilla pestilentia? vel adductis ignitis serpentibus? Angelus venit ad puniendum Sennacherib, & ad liberandum Ezechiam; cum Rex Ezechias impii Regis Assyriorum adventum audisset, ingressus est in templum Domini, & ibi largam orationem coram divina Majestate effudit, dicens: Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, &c. Ibidem n. 15. Oravit Ezechias; inde praesto adest Angelus, qui hostium exercitus destrueret, & salutem traheret Regi; semper Angelus orantes concomitatur, ac eis in auxilium & defensionem. Egesippus citato lib. 5. cap. 16. Non verba verbis, ait, non arma armis referenda creditur; sed exurgens, cilicio se ut scuto induit: pro galea cinere caput texit, pro jaculis orationem innotuit. Ascendit oratio, descendit Angelus, caesa per noctem centum octoginta quinque millia Assyriorum.

61.

4. Reg. 19.

Oranti praesto adest Angelus.

Egesippus.

QUAESTIO VI.

Quo moti vo, quare causa, Angelus habens thuribulum aureum, in hac praesenti occasione offert orationes sanctorum?

Introducitur hic Angelus habens in manu thuribulum aureum, cui sunt reposta multa incensa, ut offerat super altare aureum; hæc omnia dicuntur typicè juxta nostrum corporeum modum concipiendi, ut aliquid spirituale innuatur; nam Angeli sunt incorporei, non habent thuribulum, & orationes; maximè mentales sunt, & incorporeæ, & non ponuntur in thuribulo; & in caelo nec est thuribulum, nec altare aureum; & in his alluditur ad thymiamata, quod Deo in templo offerebatur super altare thymiamatis, quod in templo Salomonis erat aureum ante arcam in sancto sanctorum; ac proinde Joanni representatum est in caelo aliquid ad similitudinem illius altaris, ac thuribuli, in quo reponebantur incensa multa, per quod denotabatur, quod Angelus tanquam in thuribulo aureo, obtulit Deo incensum suavissimum, orationes nempe nostras, quae dicuntur odoramentum per jucundissimum, ut explicavi supra cap. 5. quaest. 23. & in his conveniunt omnes expostores, & interpretes.

62. Per corpoream via typicè spirituaia denotantur.

Et